

lentiam patitur a sulphure sibi commixto. Nota, Ergo diuide sulphur a Mercurio bono, præ cupro, vt scis. Sed quod plumbum citius comburitur hoc est ratione Mercurij infecti, quia Mercurius infectus cum imperfecto sulphure, sicut plumbū est, quærit aliquod vicinatum suæ imperfectionis.

Et cum argentum & cuprum commixta sunt, in argento non inuenit quam rem infectam, sed in cupro inuenit primo sulphur adurens, cui citius admiscetur, & in commixtione vniuersali, Mercurius cupro magis inficitur, cum plumbum sit ex vtraque parte, scilicet Mercurij & sulphuris infectum, etiam quia plus malum citius adhæret malo, in tantum debilius & peius erit, & ideo citius adhæret cupro vel argento, inficiens & comburens illud cum natura cupri & argenti, vt audisti, cum ex vtraque parte sit serata peiori subuenire non potest, & sic plumbum comburit cuprum ab argento, quod tardius separatur sine plumbo, quoniam in quantum magis imperfectius est, tanto debilius erit & combustibile, Sed in coniunctione stanni cum cupro, & Mercurio, aliquo modo aperit naturas & coniungit hæc duo, scilicet stannū et cuprū, Mercuriū ex vtraque parte aliquo modo mundum, cum stannū habeat Mercurium mundum, & sulphur malum, debiliter commixtum, coniungitur Mercurius

Ratio pulchra.

*Stannum.
Mercurius
mundus.*